

adort, nunc etiam concionatorum acclamatione tanquam publica auctoritatis gladio in me armantur. Scilicet .88. ¹⁷⁰³
ut Molanum importunitate et tardio fractum, excludant, quem non ignorant suis profanis nauis & infrugis
feris operibus infestum esse. Non bene conueniunt Superstitio & pietas, nec in una sede morantur. Euid ver-
bis opus est! Reuertar quidem Bremam simulatq; per temporis & viarum commoditatem sicubi. Neq; e-
nim oblig sum me esse huic Schola & Republica obligatum, sed tamen ad scholasticarum operarum admi-
nistrationem non reuertar, nisi istum hominem turbulentum & crudelem e medio Schola sine remoueatir,
satis iam longo tempore cum eo luctatus, comperij eiq; & audaciam effremi, & contumaciam inuictam esse.
Non possum autem si me dirumpam, sine idoneis cooperarijs & mecum sentientib; Scholam adif-
care. Quod si non potest id fieri, ut in Schola collegas habeam quales hic Dusseldorpij video qui
Rectorem suum reuerentur, et ab eius nutu pendeant, nolo diutius cum iactura preciosi temporis frus-
taneo labore fatigari. Neq; vero est quor quisquam hoc meum consilium nouum esse existimet. Di-
xi his similia anno superiore sub Pascha, cum me a sacra Domini Mensa ferox ille Iuuenis in Cu-
riam ad tres Cons: traxisset. Dixi hac eadem Dn. Danieli Cons: priusquam Brema exirem. Nempe
nisi tollerentur mea vocationis impedimenta mihiq; libera potestas in Schola permitteretur, neq; velle me
isthic diutius Rectorem esse, neq; posse. Scripsi deniq; eadem ad Doctorem Eutvichium, ex quibus prolixè
poterit intelligi alterutrum vobis amittendum. Et quidem valde velim priusquam isthuc redeam vestra su-
per hac re sententiam cognoscere ut praesciam solme mihi an cum tota familia sit redeundum, ne sum-
ptus quos iam pridem multo inutiliter fero, in immensum augeantur. Quamobrem obmixte rogo meos obser-
uandos Dominos Scholarchas primum ut ex sua benignitate adhuc unius mensis comitatum mihi lar-
giantur, non enim audeo tam frigidis et tam curtis dieb; me clare in viam, tum propter valetudinis
imbecillitatem tum propter hospitiorum incommoda. Postremo ut si qua fieri possit, ante Calend: Febru-
arij suam et sancti Senatus sententiam aperte renuncient, ut sciam quomodo itineris mei rationes institu-
ere debeam. DEVS interea Magistratum vestrum seruet, consilia regat, actiones fortunet, Amen.
Vale. Consul prudentissime. Sexto Idus Decembris. 1. 5. 6. 6. V. Dn. Adiectus

Johannes Molanus.
Duisburgi.

Mathia Ouyhagis. Pax Christi.

Non ignoras dilecte frater, in multis quos hactenus familiares habui, te semper animo meo eozegie carum fu-
isse, ut quomodo nunc erga te sim affectus, dubitare non possis. Sed ea est plerunq; iactatio rerum mearum, ut
neq; ego ex amicitia vestra fructu possim voluptatem capere, neq; tibi aliquam consolationem afferre, mea
erga te voluntatis significatione. Erat nunc temp; si unquam aliar, aduanti, colloquendi, fruendiq;. Neq;
quaquam magis metuo quam ut vobis videar aut nimis philoxenus esse, aut turpiter formidolosus, qui quidè is-
tam ostentatam occasionem repudiam veterum amicorum & dulcis patriae reuiscenda. Nihil habeo quod res-
pondeam. Nisi sic esse me alligatum partim Bremensi Schola: partim adolescentib; qui me huic comiter sunt
sequuti, ut antequam excussero, hac mihi onera liberali causa: mecum meo quodam iure esse, & patrie me
atq; amicis dedere non possim. Legitima vocationes instituuntur ab Ecclesijs: sed eas oportet à Spiritu sac-
to comprobari: Cui ut corda omnium sol; introspicit: ita ad quam quisq; functionem sit idoneus optime per-
nouit. Idem nisi praesit consilijs nostris, et actionibus praecat nusquam pedem proferre possum; nos qui-
dem certe quotquot in DEI voluntate acquiescere contendimus, et ab ipsius providentia pendemus. Itaq; con-
stitui cum DSO, ut primum aliquid huic aëris rigor; decesserit, & dierum spacijs accesserit, Bremam repe-
re, et bona fide id agere, ut memet patriae restituam ac reddam. Quatenus id quidem vel patriae tranquil-
litas exiget, vel bona Bremensis Ecclesiae gratia concedet. Nam vestris de reb; huc varia perferuntur que
nos commotus reddunt, ut multa dissimulem, unum me cruciat non mediocriter. Quod scilicet haud consen-
tur isthic uno nomine qui et coet; colligunt, & de restitutione lucis Evangelicae gloriantur, plurimum habet
offensionis tam distorta distractio praesertim in regno Christi, cuius hoc nunq; est proprium inimicitis abolit;

[= Hser. A. 12 = N. 96]

Nr. 168)

in unam sanctam societatem archissime omnia deumcive tam quæ in caelis sunt, quam quæ in terra. Certe Paulus Apostolus nihil fert iniquius nihil putat malignius quam discordia & factionibus Ecclesie, Christum quodam modo diuidi ac dilacerari. Cui ipse Jesus Christus DEI filius quum adhuc portaret opprobrium crucis, quid obnixus rogauit æternum Patrem: quam ut summa conuentione per sermonem & Spiritum DEI conuiantur, eadem mente & sententia coagmentati quicumque ad unum DEVM patrem omnium, una fide colendum, unius veritatis communicatione consecrantur. Verum apage inanes querimoniae. Sic enim iam pridem occalluerunt ista Ecclesie vulnera, ut omnem manum correctricem respuant, ac ne obsequari quidem se ne dum sanari patientur. Ceterum illud fortasse ad rem facit. Cum Christus Rex gloriae qui non dispersus est, sed unicus, non quatuor duorum dissidentium corporum caput esse: vobis meis veteribus amicis videndum etiam atque etiam. Ne umbram quandam et imagines Ecclesie pro vera & expressa eius effigie consecretantes: in aliquem desertorum Christi gregem incidatis. Equidem mihi nolim iudicandi partes temere arrogare. Sed iuxta regulam censurae caelestis quam Christi Spiritus in Euangelio praescripsit. Eua denique pericula ex ista sectione vos circumstant, pro meo erga vos amore familiariter ostendo. Cuiuslibet igitur consistantur, quamlibet speciosè titulis sese venditent qui suos sibi greges cumulant, neque ad eum coetum qui ante annos multos per sinceram Euangelii praedicationem cepit istum colligi, sese suosque adglutinant. Sed sicut istius coetus initia maledictis insectati sunt hactenus: ita nunc deformi distractione impediunt ipsius incrementa. meo quidem iudicio Caput Ecclesie Christum deserunt & disabuntur ab Ecclesia DEI viui quæ est columna et stabilimentum verae germanaque pietatis. Difidere quidem eos a vera doctrina non assero. Sed vim eius mihi videntur abnegare, & quia pendunt a certis Doctoribus cum omnium aliorum contemptu, videntur per Confessionem purioris doctrinae, Christi (qui Spiritus & anima doctrina est) desertores esse. Sed neque meum illi iudicium magno asserant, neque vos magnopere hunc requiritis monitorem. Ipsi etenim ad discretionem boni et mali satis exercitatos sensus habent. Ipsi callent Spiritus quibus adhaerendum est, quia ex DEO sunt, ab impuris & procul fugiendis Spiritibus distinguere. Et quidem tu Michaël in primis, qui Albertum nostrum Bremae adolescens audieris, cum importunis hypocritarum clamoribus decertantem: nisi se ipse in hominum gratiam prudens exocules, non potes non videre in tam consimili concertatione: utra ex parte pietas in DEVM: ex utra Superstitio pugnet: ubi sit fides adificantium: ubi fraudatio & detrimentum. ubi denique sit ministerium Spiritus: ubi mortua littera et inefficax ad vitam reuocationem. Scilicet ad fructus veniendum est ut de arboribus iudicium fiat. Vna tamen hac admonitione regem omnes, cuiuscunque tandem fortunæ aut ordinis sumus. Nempe ut quum satis accurate perspexerimus quam in societate Christus emineat, per sermonem fidei sanæque doctrinae, hanc affectemur manibus & pedibus, huic innutiamur posthabitis reproborum calumniis. Cum hac uno Spiritu, una fide & confessione consentiamus, commoremur et commoriamur. Monet nimirum nos et exstimulat sancitum ore Filii DEI prouerbum ut ubi ubi sit Cadauer: illic omnes aquilæ congregentur. Non vult DEVS electos suos Academicorum more semper animi dubios esse, semper iudicium suspendere. Ecclesiarum circumuolitare nulli sese addicere, nullius membra esse. Agnoscant signa sui Ducis non instrenui milites et respondent vocanti, & eius castris se suisque copiis adiungant. Oves meæ (ait ille magnus princeps Pastorum) me agnoscant, meam vocem audi-

unt, me sequentur. ego vitam do eis. non peribunt in aeternum. nemo rapiet eas de manu mea. Sed redeo ad 89. 104
Bremam, nimis enim prolixè excurre dum studeo salutaribus colloquijs memet iuxta tecum oblectare. Scripsit
ante paucos dies Dn. Daniel à Buren Cons. iam expiatam à pestilentia Bremam esse. Mature ut redea.
Redeandum est quidem eò ubi vestes, vasa, libros & penam omnem habeo. Ibi si me porimacius res-
tinebit Ecclesia, et puritatem doctrinae atq; conscientia mihi meisq; spondebit, quoniam legitima vocatione ob-
struor sum; res me coget ipsa, hunc saltem annum in illo veteri hospitio commorari. Nunc scire expe-
cto de vestris quid fieri velitis, an si cum familia illuc remigrandum erit eos assumi iubeatis? ante Calend.
Martias facite ut simus de vestra voluntate certiores. Haec publica & peccatis debita calamitas, ut stu-
dij nostris nonnihil in mora fuit: ita meam rem familiarem in arctum contraxit. Itaq; & illud vos
scire multum interest mea. In sumptum purorum argento opus esse. Nam meus S. apud quem bi-
uim nihilominus numatior est quam ego. nuper quum ei precium meij victus & uxoris & discipulorum 100 da-
leros adnumerasssem. collectis summam datj acceptiq; rationibus conclusit, magno utriusq; dispendio a-
dolescentes hic retentos fuisse. Capiunt hic vulgares Magistrij Daleros 36. quidam etiam 40. ego vix
recipiens 28. qui possum superesse sumptibus in tanta rerum difficultate? Ante annos 14. tantundè ac-
cepi Diebsti rebj duplo vilioribus. Cuius rei quum te & fratres tuos testes habeam commonefacito pare-
tes ut agant nobiscum paulo liberalius. nempe ut (si videtur) Hermus & Martinus quorum aetas
iam grandior est in annum pro victu & institutione dent 34 Daleros. Jacobus autem 20. Ita fiet tuo
beneficio ut et Socero mensa precium augeatur: & mihi partem aliquam damni sarciant quorum fili-
os meo succo vivens adiuvo liberali eruditione. Vale. vir animo meo egregie care cum dulci coniuge tu-
a et veneranda Matre. cum honestis fratribus, et cum pijs propinquis. A Matre Segerj accepimus 10.
daleros Philippicos. Duo reliqui debent medij annj precium quod velim ante Cat. Martias huc mitti. f-
terum vale. Duisburgi. 12 Cat. Januarij. 1. 5. 6. 6. Tui amantissimus.

Johannes Mosanus.

Jo. Lantini Antihierpiae. Pax Christi.

Sæpe audivi iuste Laurens, & periculum feci, Bona nomina non appellando mala fieri, sed tamen
imperaui egomet mihi hanc servare modestiam. Ne quid unquam in eos debitorum facerem inuerecundus,
quorum mihi fides, et integritas satis perspecta esset. Faciunt scilicet illi quod equum, bonumq; est vel
si nunquam moveantur. Cuius igitur? Cum ad Calendas Octob. argentum promississes, ne de tua fi-
de et benevolentia, viderer diffidere, nolui sæpius de eadem re monere memorem, aut odiosius appellare. At
nunc eò me redegit mea creditoris intempestiva verecundia, imo huc adiecit me inuerecunda debitorum ter-
giversatio, ut neq; mihi expediat tuarj veterem modestiam, neq; iustum sit tam bona, tamq; honesta nomina
corrumperet longiore dissimulatione. Non ignoras (ut opinor) quo nunc loco sim. Saeviente graui pesti-
lencia quum nobis Brema & schola dissipata esset, et familia, paucis comitatj puerulis Duisbur-
gum ad Soceros recurrij. At ego magno rei dispendio, iam ferme hunc septimum mensem harco. Libj,
Vasa, vestes, peng, omnia Brema relicta sunt, plane ut videar præter rasam (ut aiunt) fugisse.
Bremenses, et qui sunt his frmitimi, quorum filios formare soleo, quo me facilis retrahant nihil sub-
sidij mittunt. Meus Socer (qua fere sors est eorum qui publicis studijs seruiunt) inopè atq; aridus
est aque atq; ego. Vos interea patriote, quorum liberis et alendis, & quam optime instituendis meas for-
tunas fideliter impendj, non hac acturj estis tandem aliquando, ut sentiam bene apud memores, gratosq; ta-
manabile beneficium, tam candidè collocatum esse? et quidem tu Juste potissimum, cuius ut filium Philippum
præter ceteros egregie carum habuj, ita legitimam expensi retributionem ultra annum tertium extraxistj.
Tantumne pecuniarum præter usus necessarios putas esse exulj & superesse? ut diuitis viri liberor ves-
tiat ac nutriat totum triennium gratis? Si beatus ipse et iuxta tecum re lauta essem: mature tamen re-

N. 169)

[Hæc. n. 12:

N. 113]